Quelle: http://manuscripta.at/?ID=287
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



vnde fiat clistere ex aqua ordei et bitumine Juda
ico Item vz in ductione menstruorum prima suffumigio vel per
via emplastri Item vz ad educendum fetum mortuum et
cum secundina primodum suffumigio Item prohibet apo
stemata causari in vulneribus ymo consolidat vul
nera

Bitumine vel gluten taurinum est immundicia
que raditur pectoribus taurorum cum scalpello tempore
messo

Gluten secundum magistrum Galleatum fit ex pellibus
bovis vel alterius animalis Item aliquando conficitur
ex piscibus et precipue magnis et est frigidum et sic
impositum Et vz contra alboras vnde dissolvitur in ace
to et fiat linimentum removet alboras Item vz
in scabie viscosa quia abstergit et exsiccat Ite
vz in vnguentis contra fracturas capitis Item valet
ad consolidandum et ideo in vnguentis contra concavitates solet
poni et maxime prestium et incarnat Item si exhi
beatur in pulmento restringit fluxum sanguinis
ex pectore provenientem Item extendit cutem et de
corat eam vnde dissoluatur in aqua et cum aqua
liniatur facies vel manus Item gluten factum ex
farina molendini digerit aptata et exhibita
constringit fluxum sanguinis ex pectore provenientis

Baurach est idem quod nitrum de quo vide postea in
nitro

Borax secundum magistrum Galleatum est lapis
vel vena terre Et Aliqui vocat ipsum astugar
Nota quod est calidum et siccum in tercio gradus et vti
mur boracis primodum infusionis vini super cinerem
in illis corrosiva sed debet infundi aceto et illo ace
to est vtendum Et aurifabri vtuntur borace
Nota quod specialem proprietatem habet acetum infusionis bo
racis Item borax est assumptus Vn valet ad remo
vendum morpheam et pannum quoniam et exsiccat mira

Tincar i borax conficiatur benamar tincar est
de speciebus salium et in sapore suo reperitur de sapore
baurach et habet cum hoc paruam amarit[u]dinem et est mi
nerale et est articiale Et minera eius est in
cipperys maxime et est terra et sic subtile et co
rrodit corrosionem dentium et occidit vermes qui est
in eis et sedat pulsacionem eorum et habet in hoc pro
prietatem mirabilem Rasis abenmesuay similiter Sed
abenmesuai plus dixit quod radix eius est vena
infantum et intelligo eo quod est articiale et est
gluten aurum habet sapio

Calcatum est de glebis aquarum secundum Isid
ethymologiarum 16° quod apud latinos eris flos appel
latur Componitur enim a calcus quod est es et anthos
flos quasi eris flos Idem et vitriolum nominatur
et est genus coloris et secundum aliquos quoniam vetus
est appellatur vitriolum de minera extractum
et est coloris viridis Sed calcantum tunc nominatur
quando est inveteratum et ex antiquitate conversum
in calorem citrinum sicut pigmentarii quedam ex
antiquitate citinantur et dicitur vitriolum a cla
ritate vitri ea que melioribus generis eius in
veniuntur Idem et atramentum nuncupatur Et dicitur
atramentum ab atramen quod est nigredo quod vltra
diminatur ab ater tra trum quod est niger gra grum
Vocatur ergo atramentum quod sit ater i niger Reddit
enim nigrum liquorem cum miscetur et vt dicit Isi
ethymologiarum 19° vbi agit de coloribus quod fit ex fuligine
pluribus modis super ardentes tedas resina adiecta in vas
culo quod fumum retineat pictores huic cum aqua
miscent gluten ut illustrius appareat Sunt et
qui dicunt quod atramentum sit terra que gallitana
cuius due sunt species scilicet vilior et nobilior Vilior
secundum quosdam est atramentum Nobilior vero est
vitriolum Et atramentum pro se ponitur de viliori in
intelligitur secundum medicos Habet autem atramentum
odorem sulphureum et cum crematur in igne mutatur
color eius in rubeum colorem per calcinacionem que
decocto numquam amittit sed quoniam virtutem mineralem in calcina
cionibus et huius duplex est species scilicet nigrum
et viride quod vitriolum dicitur Est quod vitriolum multi
plex scilicet vitriolum album quod est vitriolum romanum
aut atramentum viride seu atramentum nobilius
Quod calcantum viride vel colcobar nominatur scilicet
kupfer rauch Aliud est nigrum quod et vitriolum
citrinum aut vitriolum terrestre vel atramentum ni
grum Seu calcantum nigrum Quod terra nigra
vocatur scilicet kupfer wasser vel galitzen stain Ali
ud est rubeum quod et atramentum rubeum aut cal
cantum rubeum seu doletum nuncupatur scilicet dolet vitrio
lum fictile est alkali

Zegi i vitriolum Ego vidi in mineris tres ve
nas extensas vna super aliam per spacium longum
et vena inferior erat zed rubeum Et 2a que erat
super ea erat colcothar Et 3a que erat superior
erat zed viride Et omnes tres species diversificantur
ad invicem in subtilitate et grossitie quoniam grossius est zed
rubeum et subtilius est zed viride et colcothar est
medium inter hec duo Et virtus ipsorum omnium est adustiua
comburens carnem faciens escaram duram crustam et quod
cum hoc quod adurit sunt stiptica et zegi viride nocet